



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 167. Conventus Lugdunensis pro pace Ecclesiæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. pacem pronum ipsius animum sibi fati-
A. C. 1448. spectum habuit, & forte ipse cessio-
 nem ab eo exactam prævio suo consensu
 prævenerat. Ut ut res se habeat, id cer-
 tum est, Nicolaum eadem hac Bulla
de Sedis Apostolicæ plenitudine necnon Car-
dinalium consilio & assensu declarasse omnia
& singula tam per Eugenium, quam
Amadeum facta () nullum effectum peni-*
nitus sortiri, sed perinde haberi debere, ac
si nullatenus emanassent.

§. CLXVII.

Conventus Lugdunensis pro pace
Ecclesiæ.

Monstrelet. Rex Galliarum ex prospero futuræ pacis
Poi. 3. c. 4. 6. auspicio lætus, Conventum indixit
 Lugduni mense Julio anni præsentis, in
 quo illud maximi momenti negotium di-
 scu-

(*) Supple quantum ad censuras & pœnas,
 quas hi Pontifices vicissim alter in alterum tu-
 lerant. Si enim ex horum verborum latitudine
 Basileensium decreta contra Pontificis auctori-
 tatem fabricata a Nicolao fuisse approbata, col-
 ligere fas foret; pari ibidem jure ex simili ver-
 borum amplitudine, qua Basileenses in ultima
 sua sessione utebantur, inferendum esset, ab iis
 etiam cuncta, quæ Eugenius & Nicolaus pro
 tuenda Pontificis potestate decreverant, fuisse
 approbata, vide Contin. lib. CX. §. 3. & §. 4.

scuteretur, & tandem pro bono Eccle-
 siæ pax decerneretur. Intererant nomine Secul. XV.
A. C. 1448.
 Regis Jacobus Juvenalis Ursinus, Rhe-
 mensis Archiepiscopus, Claramontanus
 Præsul, Marecallus de la Fayette, Elias
 de Pampadur Carcassonensis Archidiao-
 nus, & Thomas de Corfellis seu de Cur-
 cellis Theologiæ Doctor. Convenerant
 quoque Dunensis Comes cum Angliæ
 Legatis, & Trevirensis Archiepiscopus,
 atque Electorum Colonix ac Saxonix
 Oratores, qui eo tempore in aula Regis
 Gallix diversabantur. Amadeus quoque
 & Basileenses eo decreverunt Cardina-
 lem Arelatensem, Montis Jovis Præpo-
 situm, aliosque. Archiepiscopus item
 Embrodunensis & Dominus Malicornen-
 sis nomine Delphini, utut Delphinatus
 Principis, denique Massiliensis Episcopus
 pro Rege Siciliæ aderant. Hi omnes jun-
 ctis viribus ad extinguendum schisma stre-
 nue suam navarunt operam, initio qui-
 dem minus prospero successu, ob varia,
 quæ identidem exorta fuere, obstacula,
 quorum causa, consultationibus usque
 ad mensem Octobrem protractis, tempus
 terebatur, necdum tamen res decisa
 fuerat.